



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

An remisso peccato veniali, remittantur & pœna?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

Q V Æ S T I O.

*Possitne quis in hoc saeculo esse ex-
pers peccati venialis.*

DVRANDVS respondet cum dis-
tinctione pulchra. Primum enim
esse quaedam venialia ex surreptione
commissa, id est, ex inconsideratione,
ignorantia, fragilitate, vt homo non
aduerrat quando illa committit: cuius-
modi est, nisiuim comedere, bibere, ri-
dere, loqui, mentiri otiosè, submurmur-
rare, &c. sine quibus homo viuere non
potest. De quibus intelligitur illud scri-
ptum. *Septies in die cadit iustus.* Alia pec-
cata dicit esse venialia scienter. vt cum
quis sciens prudens profert mendaciū. Et
ab his homo semper tenetur abstinere,
& facile potest. Atq; hæc sunt, quæ ma-
la illa, de quibus non semel diximus,
procreant.

AN REMISSO PECCATO
veniali sit remissa & pœna.

RESPONDEO non esse, nisi tan-
ta sit contritio, vt simul pœna tol-
latur, sicut accidit in Maria Magdalena.
Peccata venialia expiantur

P R I M O